

coet^{er}ta oportet & filium hominis esse trib^{us} diebus ^{& trib^{us}:} nocibus in corde terrae quod
si placet audire quidem amali^{ci} de sua natiuitate senserunt. audi dauid dicens
Iniquitatibus inquit contussum & in peccatis peperit mater mea ostendens
quod quaecumq; anima incarnata nascitur iniquitatis & peccati sordibus polluitur.
& propterea dicitur esse illud quod iam superius memorauimus quia nemo mun-
dus a sordibus nascitur. nec sumus dies sit uitae eius. addit etiam his illud potest ut requiratur
quid causa sit. cum baptisma ecclesiae pro remissione peccatorum datur secundum
ecclesiae obseruantiam etiam par uulis baptismum datur cum utiq; nihil esset
in par uulis quod ad remissionem deberet & indulgentiam pertinere gratia
baptismi superflua uideatur. mulier ergo quaecumq; conceperit semen & pepe-
rit masculum in munda erit septem diebus. sicut & illa quae secundum dies pur-
gationis suae septem diebus segregatur ab omni mundo. quia in sanguine in mun-
do facit septem dies. in sanguine autem ^{mundo} triginta tres dies. sed hoc in masculina
natiuitate duplos autem dies facit in natiuitate feminae. Incipit ergo esse in san-
guine mundo ab octaua die. & est in sanguine mundo diebus triginta tribus.
hoc est tribus decadis & tribus monadibus. & cum ceperit esse in sanguine mun-
do illa quae peperit tunc circumcidit infantem. octaua enim die circumcidit
inquit carnem praepit uerius haec est lex litterae. sed require tu quam circum-
cisionem apostolus praedicat. quam nos suscipere & habere libet. pro senim
inquit sumus. circumcisio. qui spiritu serui uimus. & quod ait in psalmo. aliena
ti sunt peccatores ab utero. considera si non de illis hoc dicit. qui illam circū-
cisionem suscipiunt. quia nos circumcidi apostolus uetat. & tunc est quando
alienantur peccatores a uulua cum non spiritu sed carne circumcidi uentur quia
qui in lege circumcidi uentur a gratia exciderunt. igitur in mundo fieri mu-
lier dicitur. quae concepta semine peperit masculum. quae autē feminam
peperit non solum in munda erit sed dupliciter. in munda bis enim septenis die-
bus in inmundicia scribitur permanere. sed inter in quae peperit masculum
octaua die & quina uis est circumciditur & illa fit munda. satis operosa
res est in hac breuitate temporis ista contingere. tamen ut intranscursum
aliqua dicamus. septimana haec praesentis uitae tempus uideri. In septima